ΔΙΖΥΡΕΣ

Inscriptiones Tyrae, Olbiae, Chersonesi Tauricae
Basilius Latischev: Inscript. Antiquae Orae Septentrionalis Ponti Euxini Petropoli 1916 τ. Α'. Σ. 236

Ὀλβία (Επιγρ. 223)
Tabula sepulcralis.
Sub actomate exaratus est titulus aetatis Romanae
Lapis a. 1899 in Olbiae ruderibus inventus servatur
Odessae in museo societatis.

Διζάζελμις Σεύθου ἡγεμὼν Διζύρων, χαῖρε.

De nominibus viri et patris cum accuratissime disputarret Sternius, hic ea explicare supersedeo.
Idem animadvertit in C.I.Lat. v. VI inter titulos sacros a praetorianis dedicatos numero 2799 signatum esse titulum
Asclepio Zemidreno a Philippopolitanis positum,
in quo (v. 36) commemoratur
M. Aur. M. f. Fl. Bithus Philippopoli vico Diiesure.
Cum inde pateat prope Philippopolim vicum fuisse, cui nomen fuerit Diiesur, Sternius coniecit huius vici incolas Διζύρους vocatos ab Olbiopolitisque arcessitos venisse urbem contra barbaros defensum duce Dizazelmi, qui postea Olbiae diem obierit.
Quae coniectura tamen admodum incerta est, quoniam de Olbiae statu, qualis fuerit ea aetate, ad quam hic titulus pertinet (qui propter litteraturam ad II s. III p. Chr. saeculum referendus est), nihil certi novimus.
Equidem dixerim potius Διζύρους (s. Διζύρας?) illos gentem Thraciae fuisse, cuius nomine fortasse vicus ille prope Philippopolim situs vocabatur.
Praeterea monendum est Lycophronem (Alex. v. 1026) Διζηρὸν flumen in Illyria novisse, cuius accolas Stephanus Byzantius (s.v. Διζηρός) nominat Διζηρίους et Διζηρίτας. Cf. quae de hoc Dizurum duce Rostovzev scripsit ИАК. f. 10 (a. 1904) p. 14-16.
Cf. etiam Добруски, Арх. известия на Нар. музей въ София. v. I (1907) p. 170 sq.; Cagnat, IzR. I no 764 (titulus in vico Diniklу inventus, in quo commemoratur);
φλ. Οὐάλης στρατιώτης Δυσυρηνός
Stein, in Pauly-Wissowa: Realenc. v. V. col. 1248 s. v. Dizazelmis

Dizazelmis, Sohn des Seuthes, Führer der Dizyrer, Österr. Jahresh. III Beibl. 80 (Grabstein aus Olbia, aus der späteren Kaiserzeit). Er war ein Thrakischer Befehlshaber, der vielleicht in Kämpfen gegen die Gothen bei Olbia fiel. vgl. v. Stern a. a. O. 81-84 [Stein] (ἀνάλυθι)

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Δίζηρες pontisches Volk, östlich von den an die Becheires anstossenden Choi, Hekataios bei Steph. Byz. Vielleicht Βύζηρες (s.d.), an deren Stelle nachmals Machelones und Heniochoi erscheinen als nördliche Nachbarn der Taoi (Taochoi), die hier zu Choi verschrieben sind. [Tomaschek].

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ